


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gd
15
749



Gd 15.749



Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

Königliches Gymnasium

zu

Hirschberg.

Ostern 1887.


1. Curae Demosthenicae. Scripsit E. Rosenberg, Dr. phil.
2. Nachrichten über das Schuljahr von Ostern 1886—1887. Vom Direktor Dr. G. Lindner.

Hirschberg.

Druck von Paul Oertel (vorm. W. Pfund.)

1887. Progr. No. 175. 1887.

Gd 15.749



Constantius fund

Curae Demosthenicae.

Scripsit

E. Rosenberg, dr. phil.

Demosthenis editione Dindorfiana a Fr. Blassio nuper emendata uel potius omnino commutata quasi carceres quidam amoti sunt, quibus qui coniecturis contextum uerborum emendare uolebant uerecundia quadam retinebantur. Σ enim, codex ille auctoritate eximia, postquam diu regnum obtinuit eiusque lectiones a multis uiris doctis neque iis leuis auctoritatis quasi sacrosanctae habitae sunt, diuino illo honore ita spoliatus est, ut quamuis ceteris grauior existimetur codicibus tamen neque contra ceteros codices uniuersos quidquam ualere neque ipse interpolationibus quam maximis carere uideatur. His aliisque non minus magnis rationibus quas nunc enumerare longum est, quod apud Blassium quasi alius quidam Demosthenes euasit, mirum non est. Qua audacia quamquam primo quidem obstupefactus ducem illum spectatissimum hac uia non sequi mecum iam decreueram, tamen postea et illius rationes causasque accurate perpendens et orationem quandam (XXIII) nondum Blassii emendatione putidissimis emblematis purgatam perlegens paulatim adeo ad eius partes transii, ut quod ille perfecit quomodo satis laudare possim plane non habeam. Ita enim res se habere uidetur: Demosthenes si re uera ita locutus est, ut nunc exstat in eis quidem orationibus, quae ut in scholis non fere lectitatae ab eruditis quoque hominibus minore adhuc diligentia perpurgatae sunt, non satis dignus uidetur eximio illo loco, quem et ueteres una omnes uoce ei attribuerunt et hac quoque aetate obtinet. An, nisi forte in eo numero es, qui quid ipsi sentiant, ne scriptorum uirtutes parum intellegere uideantur, auctoritate aliena permoti taceant, satis probare potes, quod Brédif de eloquentia Demosthenis sibi inuenisse uidetur: Il a travaillé assidûment son éloquence, mais ce travail ne lui a jamais rien ôté de son naturel etc.? Sunt enim illa ex neglegentia quadam loquendi uitia orta in illis orationibus tam multa ac tam manifesta, ut Demosthenes aut illas ita scripsisse non uideatur ut exstent aut multis in rebus eis quas nunc proponimus legibus et breuitatis et elegantiae et grauitatis non satis responderit. Et quoniam sperare non licet, fore ut unquam codex reperiatur prorsus incorruptus, praesertim cum Blassius docuerit paulo post ipsam illius uitam orationes iam interpolari coeptas esse, omnes, quicunque molesta quaedam abscindere student, de oratoris gloria ac fama bene mereri, quicunque codicum ratione nimis respecta nimiam postulant coniecturarum fidem, Demosthenem non eum putare uidentur, qualem fuisse ueteres quidem scriptores consentiunt. Quod autem Blassius oratoris uerba tradita nunquam fere commutauit, nisi siue alicuius melioris

generis codicis auxilio siue ex aliquo scriptore nonnullius fidei adiumento allato siue rhythmis, quos sibi detexisse uidetur, accurate respectis, tanta admiratione est dignum, ut qui omnibus his causis non satis euictus tamen tradita conseruare audeat, nisi modestia quadam usus contra eum dicere non debeat, cum praesertim quam multus fuerit Blasius in oratoribus atticis et quantam ex hoc usu sermonis illius scientiam sibi collegisse putandus sit constet. Haec postquam proposui, ego quoque de quibusdam locis complurium orationum quid sentiam proferam, quas coniecturas quoniam illis quae supra attuli adiumentis careant certe fide ac probabilitate cum Blassianis illis comparari non posse non ignoro. Sed cum ipsae quoque ex diuturno studio Demosthenis profectae sint, esse credo, quod quicunque ad illius orationes pertractandas tempus atque operam conferunt, ea quae proposui utrum probanda an abicienda sint non sine aliqua utilitate et sua et Demosthenis secum reputaturi sint. —

Nam quamuis memor, quod Blassius ante in Museo, quod dicitur, Rhenano monuit, sine certa causa nihil esse mutandum, quoniam nemo sciat, quid auribus Demosthenis placuerit, tamen quandoquidem et constat uel in uetustissimis codicibus, ueluti in papyro Massiliensi, satis multas inesse interpolationes, et omnibus illis, quas proferam, coniecturis ut ita dicam anima uera et diuina eloquentiae Demosthenicae non uexatur, non dubitaui in medium proferre, quibus uerbis quamuis pusillis offenderer. Non enim ignarus me quoque ipsum superioribus annis, ueluti in programmate huius gymnasii ante hos nouem annos edito, suasisse, ne illa uerba parua sine magnis causis secluderentur utpote quae Graecorum ingenio maxime apta essent, tamen tunc nescio an quae librarii peccauerint eis nimis religiose pepercerim. Postremo, si reputabimus, qualem Demosthenem Dionysius ille Halicarnassensis summis extulerit laudibus, quin nos quoque quamuis orationis eius formam ad huius aetatis eloquentiae speciem ac normam accommodare conemur, nihil deleturi simus quo uera Demosthenis fama ac gloria diminuatur, certe non dubitabimus.

Ol. I, § 3: *ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ ..... τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.* Sic legimus in codd. omnibus. Quam lectionem pauci probauerunt. Longum est omnes coniecturas ad hunc locum prolatas enumerare, ueluti: *τρέψῃ τε, δρέψηται, ἀνατρέψῃ τε, κλέψῃ τε,* neque E. Müller et Sörgel recte interpretari uidentur: ‚der ganzen Lage in seinem Interesse irgendwie eine unerwartete Wendung geben', quibus recte opponit Weil: sans pouvoir citer un exemple, où le moyen *τρέπεσθαι* ait ce sens. Blass *τρέψηται καί* uncis seclusit ut e glossemate orta, praesertim cum scholia non explicent *τρέψηται,* sed *παρασπάσηται.* Sed qui putas factum esse, ut interpolatores uerbum tam obscure dictum explicationis uerbi minime rari causa interponerent? Neque omittendum est Demosthenem duo maxime uerba in conclusione periodorum collocare solere. Itaque quod in Westermanni editione a me denuo emissa proposui: *εὐτρεπίσηται,* quodque gaudeo Foxio non displicuisse, etiam nunc proponendum puto, cum praesertim idem uerbum similibus quibusdam locis orator posuerit, ueluti § 13: *μετὰ ταῦτα Φερὰς Παγασὰς Μαγνησίαν πάνθ' ὃν ἐβούλετ' εὐτρεπίσας τρόπον,* IV, 16. XVIII, 32. XVIII, 175.

I, § 4. *καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, ...* Blass hiatus causa *αὐτόν,* praeterea rhythmi causa *τῷ στρατεύματι* seclusit. Quae probare non possum. Nam *αὐτόν* ita premitur, ut nesciam quomodo caream. Sed *πανταχοῦ,* quoniam idem ualet quod *παρ* in *παρεῖναι* et additum est *τῷ στρατεύματι,* non habet quo commendetur. Non omnibus locis adesse afferre commoda dicit orator, sed adesse ipsum exercitui. *πανταχοῦ* igitur remouendum est.

I, § 5: *δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως κτλ.* Blassius pro *πολεμοῦσιν* scripsit *κίνδυνος* non sine magnis causis, quibus permotus iam Weilius dixerat: Ce verbe (*κινδυνεύουσιν*), dont

πολεμοῦσιν pourrait être une glose, nous semble mieux convenir à ce passage, puisque l'orateur raisonne dans l'hypothèse, que Philippe voudrait traiter avec les Olynthiens. At neque probabile mihi uidetur usitatissimum illud *κίνδυνος* uel *κινδυνεύω* (cfr. § 15) ab ullo explicatum esse neque imitationibis illis allatis quidquam demonstratur, quoniam uerba illa usu ac consuetudine saepissime commutantur ut idem fere significantia. Postremo ex § 7 uidemus de bello, non de pactione aliqua tum agitatum esse. Itaque mutatione tam uiolenta opus mihi non uidetur esse. Etiam in § 22 sunt quos Blassius opinetur pro inani illo *τῶν χρημάτων* legisse melius et grauius: *τῶν προσόδων*, quod ille tamen non recepit neque proposuit *τῶν χρημάτων* esse abolendum, quamuis inutile atque languidum sit. Cfr. § 14: *ποῖ-εἰς τί*. 2, 14 ubi Blassius nescio an iniuria *νοσοῦσιν* ex scholiis arripuit. — Quod in § 6 *ἐθ'* post *σκῆψις* ante *ὑμῖν* Blassius omisit Isidorum Pel. quamuis locupletem testem secutus, doleo, quoniam, ut *νυνὶ δέ* habeat quo confirmetur, prorsus necessarium uidetur. Talia persaepe iniuria a testibus omitti Blassius ipse probauit, in § 12 *ἔτ'* non eiciens, quamquam apud Tiberium non legitur.

I, § 11: Non miror quod qui hanc sententiam: *ἂν μὲν γάρ, ὅσ' ἄν τις λάβῃ, καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν, ἂν δ'ἀναλώσας λάθῃ, συνανήλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι τὴν χάριν* e contextu uerborum ereptam laudauerunt breuiorem reddiderunt. Sed si contextum in quem ipse Demosthenes eam recepit respexerimus, non *τὸ μεμνῆσθαι*, quod postea ut grauius in *μνημονεύουσι* repetatur, amouebimus, id quod Blassius sibi persuasit, sed *τὴν χάριν*, praesertim cum paulo ante orator eadem in exitu periodorum repetitione (*θείην*) usus sit. Rhythmus autem ne hoc quidem modo deleri uidetur. In conclusione huius § num *τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν* iure intactum relinquas uideas. Nam quoniam nihil fere ab Atheniensibus factum est, melius scribes pro *πεπραγμένοις — πρότερον*. Illud autem recte dictum est de Philippo in § 14.

I, § 24: *δεῖ τοίνυν ὑμᾶς .. τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ καὶ στρατευομένους αὐτοὺς καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας, λογιζομένους. εἰ Φίλιππος λάβοι καθ' ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν καὶ πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν αὐτόν οἴεσθ' ἑτοίμως ἐφ' ὑμᾶς ἐλθεῖν; εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἄν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε;* Bene dixit Demosthenes et neruose, melius, si mecum *καιρόν* post *τοιοῦτον* deinde *ἑτοίμως* post *οἴεσθ'* delebis. Nam etsi recte opposita sunt *τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου* et *καιρὸν ὑμέτερον*, quae uerba hiatus euitandi causa non per chiasmum qui dicitur ordinauit, tamen tertium subsequi non debuit *καιρόν*, quod facile suppleri potest, praesertim cum in extrema § iterum repetatur. Repetitiones enim eiusdem uocis nobis quidem molestas quamuis orator plerumque non uitauerit tamen artem bene loquendi non ita offendit, ut audientibus nihil fere relinqueret ad cogitandum. Deinde *ἑτοίμως* addito orator uim et *πῶς* particulae et totius sententiae certe diminuisset, quod sane noluit. Accedit, quod etiam in § 26 *ἑτοίμως* interpolatum est. Postremo ne exitus quidem periodi recte traditus mihi uidetur esse. Nam quamquam Sauppius statuendo anacolutho et eleganter explicando *ταῦτα* multis uiris doctis omnia uere esse tradita persuasit mihique illam permutationem negationum quondam probauerat, tamen nunc corruptelam inesse statuere malo, quam argutius explicare, quae uitio quodam librariorum effecta sunt. Quid? ad *εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος* nonne oppositio quaedam necessaria est? Non *αὐτοί* ad *ταῦτα ποιῆσαι* addendum uidetur? ut sic scripsisse uideatur orator: *εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἄν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιήσετε καιρὸν ἔχοντες αὐτοί;* Hoc modo multo facilius locum emendaueris, quam si Cobetum uel Meutznerum secutus eris. Saepissime enim Demosthenes ipsum illud pronomen in exitu periodi collocauit, nisi quod *αὐτοῦ* in exitu or. XVIII § 14 ita sono et ui caret, ut abesse illud malim.

II, 8: *ὡς οὐκ ἀληθῆ ταῦτ' ἐγὼ λέγω, ἢ ὡς οἱ τὰ πρῶτ' ἐξηπατημένοι τὰ λοιπὰ πιστεύσουσιν ἢ ὡς οἱ παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν δεδουλωμένοι Θετταλοὶ νῦν οὐκ ἂν ἐλεύθεροι γένοιντ'*

ἄσμενοι. Si genera hostium nomine ipso diudicare uoluisset, orator iam in priore membro Athenienses et Olynthios commemorasset. Itaque ne *Θετταλοὶ* quidem ab illo profectum est, sed explicandi causa falso additum. Quamquam enim illae gentes omnes eius animo obuersabantur, tamen recte fecit, quod generaliter quod sentiebat pronuntiauit, cum praesertim quod de Thessalis dixit, non satis ad res ipsas quadraret.

II, 12: *ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ*. Qui locus quam multas habeat difficultates, uideas apud Blassium. Iam antequam quod ille monuit legeram, *αὐτῷ* post *πάντες* secluseram, qua in re quod me non secutus est, doleo. Talia enim ubi lacunae erant in archetypo interponentes grammatici bene meruisse sibi uidebantur. Nunquam enim mihi persuaderi patiar talia eaque tam graui in loco oratorem eximiae artis repetiuisse. — ◡ — ◡ non in uitiosis habetur clausulis.

II, 13: *κἂν ταῦτ' ἐθελήσηθ' ὡς προσήκει καὶ δεῖ περαίνειν, οὐ μόνον . . . τὰ συμμαχικὰ ἀσθενῶς καὶ ἀπίστως ἔχοντα φανήσεται Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ δυνάμεως κακῶς ἔχοντ' ἐξελεγχθήσεται*. pr. Σ *καὶ δεῖ*, ceteri *καὶ δή*. deinde pr. Σ *παραινεῖν* pro *περαίνειν*. Nescio an orator dixerit: *καὶ διαπράττειν*, cum praesertim *διαπράττειν* in hac sententia saepius inueniatur. Sed hunc locum praeterire non possum, quin profitear me dubitare oratorne re uera tam similiter partes periodi composuerit: *ἔχοντα φανήσεται — ἔχοντ' ἐξελεγχθήσεται*. Ni fallor, Demosthenes *ἔχοντ' ἐξελεγχθήσεται* nunquam scripsit. An *ἐξελεγχθήσεται* plus ualet quam *φανήσεται*? An quidquam erat, cur *ἔχοντ'* repeteretur? In hac obscuritate rerum quicunque me sequetur, perbene et acerrime periodum concludet, cum praesertim ita gradatio quaedam: *ἀσθενῶς, ἀπίστως, κακῶς* appareat. Neque enim recte temporis notio hoc loco addi uidetur, sed rei ipsius perfectio.

II, 18: *πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν φιλοτιμίαν ἀνυπέρβλητον εἶναι*. uide ne haec uerba contineant turpe quoddam emblema. Quid? de gloria Philippi nonne in § 15 et 16 satis copiose dixit? non uerba addens: *βουλόμενον πάνθ' αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι τἄργα* omnia satis superque demonstrauit? Quae tandem uitia nuper attulerat? Qui in § 19 *τοὺς τοιούτους ἀνθρ.* repetiuit, non dubitauit haec quoque addere, quae qui remouebit certe ex Demosthenis corona nihil eripiet pretiosum.

II, 15: *ἀλλ' ὁ μὲν δόξης ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦτ' ἐζήλωκεν καὶ προῄρηται πράττων καὶ κινδυνεύων, ἂν συμβῇ τι παθεῖν, τὴν τοῦ διαπράξασθαι ταῦθ', ἃ μηδεὶς πώποτ' ἄλλος Μακεδόνων βασιλεύς, δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀσφαλῶς ᾑρημένος*. Multa mutauit Blassius: *ἂν συμβῇ* ex scholiis iniuria sumpsit (4, 5: *καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων*), *βασιλεύς* eiecit (immerito, ut mihi quidem uidetur, tam in pusillis rebus auctoribus raro diligentibus obsecutus) *ἀσφαλῶς* seclusit (similem in modum argumentatus). Neque uero his solum offendor. An qui artis oratoriae gloria floret, dicit *καὶ προῄρηται — ᾑρημένος*? Deinde quomodo pleonasmum: *ἐπιθυμεῖ, ἐζήλωκεν, προῄρηται* recte explicabis? Accedit quod, Blassium si sequemur, *τοῦτ'* languidum est, quod rectissime se habebit, si *τοῦτ'* participiis et infinitiuo *παθεῖν* explicatum statueris. Ego enim sic locum conuerto: sed hic gloriae studet eamque petit et bene et periculose factis, gloriam uitae tranquillae ac tutae praeferens. Postremo si comparaueris hunc locum cum Isocr. 9, 3: *εὑρήσομεν γὰρ τοὺς φιλοτίμους καὶ μεγαλοψύχους τῶν ἀνδρῶν οὐ μόνον ἀντὶ τῶν τοιούτων ἐπαινεῖσθαι βουλομένους, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκειν εὐκόλως αἱρουμένους*, suspicaberis, Tiberii illud *καλῶς* ex *εὐκόλως* ortum esse, quod postea in codicibus nostris *ἀσφαλῶς* addito quasi explicatum sit.

II, 28: *ὅτι ἐνταῦθα μέν ἐστι τἆθλα, ὑπὲρ ὧν ἐστιν ὁ πόλεμος, ὑμέτερα· Ἀμφίπολις κἂν ληφθῇ, παραχρῆμ' ὑμεῖς κομιεῖσθε· οἱ δὲ κίνδυνοι τῶν ἐφεστηκότων ἴδιοι, μισθὸς δ' οὐκ ἐστίν· ἐκεῖ δὲ κίνδυνοι μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ τῶν στρατιωτῶν, Λάμψακος, Σίγειον, τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν. ἐπ' οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν*. Pauci homines docti locum, quem descripsi, intactum reliquerunt; quaecunqe attulerunt, quoniam multis locis inueniuntur comportata, non repetam omnia. Blassius

hoc loco nisi ἐστιν post ὧν et Ἀμφίπολις nihil in suspicionem uocauit. In illo quamuis dubium sit quoniam quando addiderit orator copulam quando omiserit plane adhuc nescimus (cfr. quae in programmate illo de hac re (p. 14) exposui), tamen assentior: nihil est enim tam molestum quam illa uerba saepius repetita. In hoc autem Blassius iudicio meo non satis respondit, praesertim cum comma post ὑμέτερα posuerit. Quod ὑμέτερα et ὑμεῖς κομιεῖσθε quamquam idem ualent tamen composuit, sane miror, cum praesertim ὑμεῖς significanter positum sit. Neque minus mirum, quod tot breues syllabas (ὁ πόλεμος, ὑμέτερα) quamquam legem illam Blassianam non uiolari concedo relinquere uoluit. His causis permotus suspicor scripsisse oratorem: ὅτι ἐνταῦθα μὲν τἆλλα, ὑπὲρ ὧν ὁ πόλεμος, κἂν ληφθῇ, παραχρῆμ' ὑμεῖς κομιεῖσθε· Facile est ad intellegendum cupiditate membra melius opponendi atque τἆλλα explicandi ὑμέτερα et Ἀμφίπολις interpolata esse atque ἐστί uitio aliquo bis in textum esse receptum. Neque in eis quae sequuntur omnia suspicione carent. ἴδιοι in editione mea uncis seclusi, neque Λάμψακος — συλῶσιν bene quadrant ad τοῦτον τὸν πόλεμον quod est in initio §; quamquam in tam dubiis rebus quid statuere possumus certi?

III, 7: ἐκπολεμῆσαι δεῖν ᾠόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ παντὸς τρόπου· καὶ ὃ πάντες ἐθρύλουν, πέπρακται νυνὶ τοῦθ' ὁπωςδήποτε. Sic Weil hunc locum constituit, nisi quod ἐκπολεμῶσαι praefert. Blassius hunc in modum locum mutauit: ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ ἅπαντες ἐθρύλουν τοῦτο· πέπρακται νυνὶ τοῦθ' ὁπωςδήποτε, hanc notam addens: ἅπαντες ἐθρ. τοῦτο pr. Σ (corr. ὃ πάντες et del. τοῦτο) idem Σ mox: νυνὶ τοῦτο: ὃ πάντες ἐθρύλουν τέως, τοῦτο et mox om. τοῦτο υ. His auxiliis usus uide ne melius scribas: καὶ ὃ πάντες ἐθρύλουν τότε, πέπρακται νυνὶ τοῦθ' ὁπωςδήποτε, ut fiat oppositio grata inter τότε et νῦν.

III, 15: καὶ γὰρ εἰπεῖν τὰ δέοντα παρ' ὑμῖν εἰσιν, ὦ ἄνδρες Ἀθ., δυνάμενοι, καὶ γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα, καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε. Blassius Σ codicem secutus deleuit εἰσιν. Sed praeter illud est quo offendar. Cur enim hoc loco discrimen statuit orator inter oratores et ciues Athenienses, quod aliis locis recte non statuit cfr. II, 12. VI. 3. VI, 27: ἀλλ' ὑμεῖς οἱ καὶ συνιέντες αὐτοὶ καὶ τῶν λεγόντων ἀκούοντες ἡμῶν. Nam sententia grauior uidetur esse, si etiam παρ' ὑμῖν delebis. Hoc enim puto eum dicere uoluisse: 'Vos, Athenienses et qui utilia dicatis et qui dicta comprehendatis praeter ceteros idonei estis: poteritis etiam agere atque efficere.' Quod si non probes, quomodo bene careas πολλοὶ post δυνάμενοι? cfr. etiam Sauppe ep. crit. p. 36: dici uix postest quotiens talia pronomina a grammaticis orta sint.

IV, 6: καὶ γὰρ συμμαχεῖν καὶ προςέχειν τον νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες, οὓς ἂν ὁρῶσι παρεσκευασμένους καὶ πράττειν ἐθέλοντας ἃ χρή. Non negauerim ἃ χρή mihi non ita placere, quippe quibus uerbis et πράττειν et ἐθέλοντας ea, quam habere solent, grauitate priuentur. Apparet oppositionem quandam esse inter ἐθέλουσιν ἅπαντες et καὶ πράττειν ἐθέλοντας, quae additamento illo certe perturbetur. Fortasse in archetypo fuit αὐτούς, quod quoniam nescio quo casu exciderat, a doctis quibusdam hominibus uerbis ἃ χρή additis lacuna explebatur. Hoc enim loco repetit orator, quod paulo ante dixit § 5: καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων Sumpsit autem interpolator ἃ χρή ex § 7: οὐ δεῖ καὶ δύναιτ' ἂν παρασχεῖν . . . ἕτοιμος πράττειν ὑπάρξῃ. de αὐτούς autem, quod hoc loco aptius fuit, cfr. quod post dixit: καὶ παύσησθ' αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων κτλ. Sine accusatiuo ponitur πράττειν etiam 3, 33. 4, 7. 37, neque scio an in § 7 πάνθ' ante ὑπὲρ αὑτοῦ πράξειν falso additum sit, quamquam praecedunt: οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν. Similiter πράττειν et ποιεῖν opposita uidemus in or. XVIII § 156: ἵν' ἴδητε καὶ ἐκ ταύτης σαφῶς, ὅτι τὴν μὲν ἀληθῆ πρόφασιν τῶν πραγμάτων, τὸ ταῦτ' ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα . . . πράττειν ἀπεκρύπτετο, κοινὰ δὲ . . . ποιεῖν προςεποιεῖτο, ubi item ne oppositio infirmetur ποιεῖν deletum uolo esse.

V, 21: *νυνὶ γὰρ Θηβαίοις πρὸς μὲν τὸ τὴν χώραν κεκομίσθαι, πέπρακταί τι, πρὸς δὲ τὴν τιμὴν καὶ δόξαν αἴσχιστα· εἰ γὰρ μὴ παρῆλθε Φίλιππος, οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐ δ ό κ ε ι ε ἶ ν α ι.* Affero, quod Weilius ad hunc locum adscripsit: *δοκεῖ* Sauppe. *ἐδόκει* mss. L'imparfait fait un contre-sens. D. ne parle pas de l'opinion qu'on avait auparavant ni de celle qu'on pourrait avoir, mais de l'opinion qui régnait alors même. *πλέον* est un supplément proposé par Reiske. La clarté et l'euphonie semblent le demander. L'hiatus n'a pas d'excuse ici. Quas difficultates ut euitemus, nescio an melius ac facilius scribamus pro *ἐδόκει εἶναι*: *διέμεινεν*, qua coniectura tota res certius ac maiore cum fiducia pronuntiatur. Similiter Blassius pro *εἶναι* coniecerat *μεῖναι*, sed ne *ἐδόκει* quidem offensione caret. Eodem modo in or. XVIII, 252: *οὐκ οἶδεν εἰ (τοιαύτη) μ ε ν ε ῖ μέχρι τῆς ἑσπέρας*, propono cum Stobaeo esse legendum *διαμενεῖ*.

V, 17: *οὐκ ἄχρι τῆς ἴσης ἕκαστός ἐστιν εὔνους οὐθ' ἡμῖν οὔτε Θηβαίοις, σῶς τ'εἶναι καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων, ἀλλὰ σῶς μὲν εἶναι πάντες ἂν βούλοινθ' ἕνεχ' αὑτῶν, κρατήσαντας δὲ τοὺς ἑτέρους δεσπότας α ὐ τ ῶ ν οὐδὲ εἷς.* Quod *αὐτῶν* post *δεσπότας* repetitum est, moleste fero. Nam quoniam *δεσπότας* sine additamento positum sufficit et quam ob rem nemo illam rem institui uelit satis indicat, opinor propter *τοὺς ἑτέρους* esse interpolatum *αὐτῶν*.

VIII, 8: *εἰ δ'ἐκ τούτων τὰ δίκαια τίθενται καὶ τὴν εἰρήνην τ α ύ τ η ν, ὅτι μὲν δήπουθεν κτλ.* Weilius exhibet: Var.: *ταύτῃ*. Westermann propose: *ταύτῃ διορίζονται.* Sed quoniam *ἐκ τούτων* singularem occupauit locum, non solum ad *τίθενται* sed etiam ad *τὴν εἰρήνην* pertinet, ut rectius illud *ταύτην* ut male repetitum deleas. In eadem §: *τί γὰρ δήποτε τῷ μὲν Φιλίππῳ πάντα τἄλλα ποιεῖν ἐξουσίαν δώσομεν, ἂν τῆς Ἀττικῆς ἀπέχηται, τῷ Διοπείθει δ'οὐδὲ βοηθεῖν τοῖς Θρᾳξὶν ἐ ξ έ σ τ α ι, ἢ πόλεμον ποιεῖν φήσομεν;* persuadere mihi non possum *ἐξέσται* ab oratore ipso esse ortum. An non hoc perbene ex *ἐξουσίαν δώσομεν* suppletur, praesertim cum paulo post *καὶ δεῖ μὴ ἐπιτρέπειν αὐτῷ* denuo addatur. Accedit quod *τοῖς Θρᾳξὶν* utpote quod acriter oppositum sit *τῆς Ἀττικῆς*, rectius in exitu collocatur propositionis. Etiam in or. XVIII, 205: *οὐ γὰρ ἐζήτουν οἱ τότ' Ἀθηναῖοι οὔτε ῥήτορ' οὔτε στρατηγὸν δι' ὅτου δουλεύσουσιν εὐτυχῶς, ἀλλ' οὐδὲ ζῆν ἠξίουν, εἰ μὴ μετ' ἐλευθερίας ἐξέσται τοῦτο ποιεῖν* neruosius atque potentius dixisset orator, si *τοῦτο ποιεῖν* omisisset. An qui *αὐτοῖς* ante *ἐξέσται* interpolauerunt, amplius sua libidine progredi noluerant? Quid? in extrema § *ἀποθνήσκειν ἐθελήσει καί*, quoniam *τοῦ θανάτου* in Σ sequitur, nisi hoc delere malumus, nonne intolerabile est?

VIII, 19: *ταῦτα τοίνυν ἅπαντας εἰδότας καὶ λογιζομένους χρὴ μὰ Δί' οὐχ ἣν Διοπείθης π ε ι ρ ᾶ τ α ι τῇ πόλει δύναμιν π α ρ α σ κ ε υ ά ζ ε ι ν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλῦσαι πειρᾶσθαι, ἀλλ' ἑτέραν αὐτοὺς προςπαρασκευάζειν κτλ.* Haec si legerimus, quod eadem uerba: *πειρᾶσθαι, παρασκευάζειν* saepius usurpauit orator, aegre ferimus. Quid enim? recte num dicitur Diopeithem c o n a r i copias colligere? quos c o n a t u r colligere, quomodo populus dirimere potest? Quid quod codices uariant inter *παρασκευάζειν* et *κατασκ.*? Itaque uide, ne legendum sit pro *πειρᾶται*: *πεπόρισται* deleto illo *παρασκευάζειν*.

VIII, 61: *οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι, πρὶν ἂν τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει κολάσητ' ἐ χ θ ρ ο ύ ς.* Haec qui leget si admonitus erit facere non poterit, quin *ἐχθροὺς* post *κολάσητ'* remoueat. An putas Demosthenem, nisi putandum sit eum iudicio atque elegantia omnino caruisse neque duo membra acriter opponere potuisse, in exitu periodi collocaturum fuisse, quod nemo non facile suppleuisset? Qui librarii pro sua doctrina addiderant: *ὑπηρετοῦντες ἐκείνῳ, ἀλλ' ἀνάγκη τούτοις ὥςπερ προβόλοις προςπταίοντας ὑστερίζειν ἐκείνων*, quae uerba editores omnes ut glossema eiecerunt, etiam *ἐχθρούς* insculpserunt. Qua interpolatione facta conclusio plena periodi perisse uidetur. Nam *ἀξίως* uel similia exspectantur. Simile uitium in or. XVIII, 160 detexisse mihi uideor: *ὅτι αἰσχρόν ἐστιν, εἰ 'γὼ μὲν τἄργα τῶν ὑμὲρ ὑμῶν πόνων ὑπέμεινα, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς*

λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε. Suspicor *αὐτῶν* nescio unde irrepsisse. Quamquam hoc loco certi nihil statuere audeo.

IX, 56: *ὥστε τόν γ' Ἀπολλωνίδην καὶ ἐκβαλεῖν ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀλυνθίων ἐπείσθη*. Toti huic loco proposuit orator: *ἦσαν ἐν Ὀλύνθῳ* neque discessit ab rebus illius urbis describendis. Qui igitur fieri potuit, ut ad *ὁ δῆμος* adderet *ὁ τῶν Ὀλυνθίων*, quasi uero de alio populo antea locutus sit? Spuria sunt uerba illa neque conseruanda.

Atque ut ad orationem (XVIII) de corona habitam transeam, § 1 legitur: *τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ, ἀλλὰ τοὺς νόμους καὶ τὸν ὅρκον κτλ.* Ad hunc locum adnotauit Blassius: „Castor omisit *ὑμᾶς*. nescio an melius absit." Recte, ut mihi uidetur, sed miror, quod non item *ἐμοῦ* post *ὑμᾶς* remoueri uolt. An non generaliter de officio iudicum loquitur orator? *πῶς* sonum habet uehementem, quod fieri non potest, nisi *ὑμᾶς ἐμοῦ* remoueris. Cfr. § 6: *ἀκοῦσαι μου*, ubi orator quae uniuerse dixit, ad se referre coepit. Accedit quod talia saepissime interposita sunt a grammaticis. Ueluti suo iure Blassius in § 3: *οὗτος δ' ἐκ περιουσίας κατηγορεῖ* deleuit *μου* ante *κατηγορεῖ* multos secutus locupletes testes, in § 24: *οὔτε τῶν ἄλλων ὧν κατεψεύσατ' οὐδὲν ἀληθὲς ὂν* item *μου* post *κατεψεύσατ'* hiatum respiciens. Confer etiam hos locos, quibus *ὑμᾶς* deleto sensus emendatur: § 6: *ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς δικάζοντας (ὑμᾶς) ὀμωμοκέναι*, § 17, ubi post *ἀναμνῆσαι* cum Σ pr. L recte omittitur *ὑμᾶς*. Cfr. § 37, quem locum non praeteribo quin admoneam, ut in § 7 *εἰ τὴν τῶν δικαζόντον ἕκαστος ὑμῶν* eodem iure *ὑμῶν* remoueamus, quoniam Solo omnino de iudicibus quaedam praescripsit, non de iudicibus Demosthenis, item *ὑμῖν* post *ἀπιστῶν*. Neque in § 42 dubito quin *ὑμῖν* ante *ἀπαγγειλάντων* eidem debeatur, qui id quod omnes concedunt *τῷ Φιλίππῳ* post *μισθωσάντων αὐτούς* adiecit.

§ 3: *οὐ γάρ ἐστιν ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν, καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν τὴν γραφήν, ἀλλ' ἐγὼ μὲν — οὐ βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὗτος δ' ἐκ περιουσίας κατηγορεῖ.* Sic Blassius scripsit, haec adnotans: *ἐγὼ μὲν γρ.* Y Tiberius VIII, 536 W Demetr. *π. ἑρμ.* IX, 106 W *ἐμοὶ μὲν*, quod ex ancedentibus ortum. Firmat lectionem Harpocr.: *ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω* — post *βούλομαι* omisi *δὲ* cum pr. *Σ γρ. B*, codd. Havn. Par. 1. 2. Herodiani W VIII. 595. codd. Vat. Med. pr. Par. Tiberii l. c. cod. R schol. Dem. p. 38 Dd. (Aquil. Rom. c. 5). Isidorus Pelusinus *ἀλλ' οὐδὲν β. δυσχερὲς εἰπεῖν* legisse uidetur etc. — *οὐδὲν*, quod post *εἰπεῖν* v. sequitur, om. Par. et ed. Gal. Tiberii etc. — Haec omnia qui inter se comparauerit, in nullo codice aut libro rectum aut uerum traditum esse concedet. Itaque reliquias illas ita coniungere ut legamus: *ἀλλ' οὐδὲν βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν ἀρχόμενος*, optimum mihi esse uidetur. Nam quod *ἐγὼ μὲν* uel *ἐμοὶ μὲν* interpolatum est, non miror, quia sententia exspectabatur ueluti in § 10. Sed quoniam de se postea locuturus erat, illud consulto ab oratore omissum uidetur esse

§ 4: *ὅ,τι δ' ἂν τὸ πρᾶγμ' αὔτ' ἀναγκάζῃ, τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν ὁ τοιοῦτον ἀγῶν' ἐνστησάμενος*. Blassius in suspicionem uocauit *τούτου*, nam' *τούτου* om. Greg. Cor. W VII, 1300; id. habet *δίκαιός ἐστιν οὗτος*. Ex qua re mihi quidem apparere uidetur, non *τούτου* esse omittendum, sed *οὗτος*, cum praesertim sic optime subiectum in exitu periodi ponatur. Quamquam in cumulando hoc pronomine tam multus erat orator, ut sine aliis auxiliis certi nihil statuatur. Quid quod uel in Isocrate, homine summae elegantiae orationis, XVIII, 14 inuenimus: *οὐ τούτῳ τοῦτο τεκμήριόν ἐστιν* (cfr. Volkmann Rhetor. p. 518). Cfr. apud D. § 5 et 6, in quibus tam saepe *οὗτος* occurrit, ut ne si *τοῦτο* ante *συμβαίνῃ* illius repetitionis leuandae causa deleueris quidem aliquid proficias. Sed in § 10 credo Demosthenem non scripsisse, quod legamus: *εἰ δὲ πολλῷ βελτίω τούτου καὶ ἐκ βελτιόνων*, sed *τούτου* postea esse insculptum ab homine aliquo qui ignorabat genetiuum pronominum *οὗτος* et *ἐκεῖνος* pro *ἤ* positum ante comparatiuum

collocari solere cfr. § 100. Plura de hac re exposui in progr. meo p. 7. Neque dubito hac occasione usus *τούτων* in § 197 et *τούτου* in § 252 cancellis includere, quippe quae pluribus de causis suspicionem mouerint. Contra in § 27: *ἃ 'γὼ προορώμενος, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ λογιζόμενος τὸ ψήφισμα τοῦτο γράφω, πλεῖν ἐπὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς ἂν ᾖ Φίλιππος καὶ τοὺς ὅρκους τὴν ταχίστην ἀπολαμβάνειν* pronomen *τοῦτο*, quamquam et ab Hermogene omissum est et in *A* aliter positum est, documento est illa uerba *πλεῖν* usque ad *ἀπολαμβάνειν* ab oratore non esse repetita, quod recte iam Dobree intellexit.

§ 40: *οὐ τούτοις τοῖς ῥήμασιν γράψας, ταῦτα δὲ βουλόμενος δεικνύναι.* Post *βουλόμενος* addere uoluisse Demosthenem *δεικνύναι* mihi quidem non probatur, ut *δεικν.* deleam Idem uitium detegitur in § 50: *καὶ περὶ μὲν τῶν τότε πραχθέντων ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν, καὶ ταῦθ' ἡγοῦμαι πλείω τῶν ἱκανῶν εἰρῆσθαι...* Gloriae Demosthenis obtrectare non uideberis, si *εἰρῆσθαι* remoueris, nisi forte demonstras rhythmi causa talia esse addita. Ac ne tum quidem Demosthenis eximiam artem non meliora inuenturam fuisse arbitrabor. Eodem modo in § 52 *καλῶ* post *Ἀλέξανδρον* ab illis additum est, qui *ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα· πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ* addiderunt de suis opibus; nam in prioribus et *εἴποιμ* et *καλεῖν* iam aderant. Etiam in or. XXIII, 3: *ὥστε δοκεῖν μὲν Χαριδήμῳ φυλακήν τινα τοῦ σώματος διδόναι, τὴν ὡς ἀληθῶς δὲ δικαίαν καὶ βέβαιον φυλακὴν Χερρονήσου τῆς πόλεως ἀποστερεῖν* offendor et repetitione *φυλακὴν* et constructione uerbi *ἀποστερεῖν* ab usu Demosthenico abhorrenti, ut *φυλακὴν Χερρονήσου* interpolatione ortum esse dicam.

XVIII, 88: *τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν λέγω, τὴν πόλιν λέγω. τίς δ' ὁ τῇ πόλει λέγων καὶ γράφων καὶ πράττων καὶ ἁπλῶς ἑαυτὸν εἰς τὰ πράγματ' ἀφειδῶς διδοὺς; ἐγώ.* Aut *ὅταν εἴπω* pro *ὅταν λέγω* aut *ὑμᾶς δ'* pro *τὸ δ' ὑμεῖς* ut probem, testibus, quos attulit Blassius, non permoueor. Sed quomodo duo illa aduerbia *ἁπλῶς* et *ἀφειδῶς* uni uerbo addita tolerari possint, nescio. Tamen non Dobraeum sequens *ἀφειδῶς* deleo, sed *ἁπλῶς* quod ex § 179 hunc in locum irrepsisse uidetur.

XVIII, 107: *ἢ μίκρ' ἂν ἀναλῶσαι τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι;* In editione mea A codice confisus *ἐθέλειν* seclusi, qua in re Blassius mecum consentit. Nihil proficit Weil, cum *ἐθέλειν* coniungit cum *ἀναλῶσαι.*

18, § 130: *χθὲς μὲν οὖν καὶ πρῴην ἅμ' Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονεν, καὶ δύο συλλαβὰς προσθεὶς τὸν μὲν πατέρ' ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον, τὴν δὴ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν, ἣ Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τυχοῦσαν·* Blassius *γέγονεν* seclusit, qua in re ego in editione mea processeram; tum *καὶ πάσχειν* deleuit, quod quoniam et *ποιεῖν καὶ πάσχειν* obscenis in rebus nunquam dirimitur et *Ἔμπουσα* similem sonum habet ac *πάσχειν*, probare non possum. Quid? quod Alciphr. III, 62 non solum *ποιεῖν* ad explicandum illud cognomen usurpauit, sed *βιάζεσθαι* addidit. Sed quod Blassius *δηλ.* — *τυχοῦσαν* deleri cupit, assentior in hoc loco ab interpolatoribus uehementer uexato.

18, § 149: In editione mea Cobetum secutus *καί* ante *τριῶν* eieci, qua in re quod Blass dissentit, miror. In insequenti § (150) *οὐδεμίαν δίκην τῶν Λοκρῶν ἐπαγόντων ἡμῖν, οὐδ' ἃ νῦν οὗτος προφασίζεται, λέγων οὐκ ἀληθῆ* Weilius nondum Westermannum *οὗτος* eicientem secutus est. Et recte, ni fallor. Mihi quidem Demosthenes scripsisse uidetur: *οὐδ' ἃ νῦν οὗτος, προφασιζομένων,* quoniam *λέγων οὐκ ἀληθῆ* post *προφασίζεται* plane intolerabile est.

18, § 177: *ἰδοῦσιν ὅτι, ὥσπερ τοῖς πωλοῦσι Φιλίππῳ τὴν πατρίδα, πάρεσθ' ἡ βοηθήσουσα δύναμις ἐν Ἐλατείᾳ, οὕτω τοῖς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι βουλομένοις, ὑπάρχεθ' ὑμεῖς ἕτοιμοι καὶ βοηθήσετ', ἄν τις ἐπ' αὐτοὺς ἴῃ.* Weilium sequor *ἐν Ἐλατείᾳ* in suspicionem uocantem. Addo ne *ὑπάρχεθ' καὶ βοηθήσετ'* quidem mihi recte se habere uideri, quoniam nihil ualent nisi ut quod manifestum est manifestius reddant.

§ 102: *ἔθηκα νόμον, καθ' ὃν τοὺς μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν ἠνάγκασα, τοὺς πλουσίους, τοὺς δὲ πένητας ἔπαυσ' ἀδικουμένους, τῇ πόλει δ' ὅπερ ἦν χρησιμώτατον, ἐν καιρῷ γίγνεσθαι*

τὰς παρασκευὰς ἐποίησα. Cum alios secutus, tum Weilium et τοὺς πλουσίους et πένητας e textu remoui. Quod Blassius improbat, quasi τοὺς πλουσίους non sine perspicuitatis damno omitti possit. Sed uerbis ἠνάγκασ' et ἀδικουμένους quae genera hominum depingat orator tam manifeste declarat, ut addere quidquam neque necessarium neque ad rhythmum aptum mihi quidem uideatur. Similibus de causis in or. XX, 12 deleui τοὺς ἐξ ἄστεως.

§ 47: οὐδεὶς γάρ, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ τοῦ προδιδόντος συμφέρον ζητῶν χρήματ' ἀναλίσκει, οὐδ' ἐπειδὰν ὧν ἂν πρίηται κύριος γένηται, τῷ προδότῃ συμβούλῳ περὶ τῶν λοιπῶν ἔτι χρῆται· οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν εὐδαιμονέστερον προδότου· .... τὴν δὲ πονηρίαν εἰδώς, τότε δὴ τότε καὶ μισεῖ καὶ ἀπιστεῖ καὶ προπηλακίζει. Ter προδότης repetiuisse oratorem neque Dobree neque ego censemus. Ille τῷ προδότῃ in suspicionem uocauit, quod ego non probo. Sed uide ne προδότου post εὐδαιμονέστερον molestum atque intolerabile sit. Quid quod tota haec cogitatio uitiosi aliquid habet. An non exspectamus, ut orator dicat: 'nihil enim fuit stultius!?' Praeterea in fine periodi, quoniam non uideo, quam ob rem τότε adeo insigniatur, pro altero τότε propono legendum esse τούτους.

§ 53: καί μοι λέγε τὴν γραφὴν αὐτὴν λαβών. Apparet αὐτήν stare non posse, si prius legeris περὶ τῆς γραφῆς αὐτῆς. Si autem perpendes utrum cum Blassio αὐτῆς an mecum αὐτήν abesse malis, hoc mihi, quoniam in primordio loci orator ad aliud quid transit, praestare uidetur.

18, § 194: εἰ δ' ὁ συμβὰς σκηπτὸς ἢ χειμὼν μὴ μόνον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μείζων γέγονε, τί χρὴ ποιεῖν; κτλ. Aristidis quibusdam locis perductus Blassius reduxit quod post Reiskium omnes pro glossemate habuerant: ἢ χειμών. Sed et multo praeclarius est σκηπτός quam χειμών et post de nautis dicens χειμών recte usurpauit orator. Itaque quod de tempestate numine quodam immissa praeclarissime dictum est, addito ἢ χειμών quasi atteri nolo, cum praesertim interpolatorem hoc loco libere grassatum esse ex πᾶσι ante κατασκευάσαντα addito appareat.

18, 220: τί οὖν, εἴποι τις ἄν, σὺ τοσοῦτον ὑπερῆρας ῥώμῃ καὶ τόλμῃ, ὥστε πάντα ποιεῖν αὐτός; οὐ τοῦτα λέγω, ἀλλ' οὕτως ἐπεπείσμην κτλ. Rectene λέγω se habeat, dubito. Orator certe suppleri uoluit: οὐ πάντα ποιεῖν αὐτός δύνασθαι νομίζω, ut ad οὐ ταῦτα nihil addiderit. In insequenti § 221 quod Blassius βέλτιον ante μηδένα non seclusit, doleo, quoniam Madwigius (Adu. crit. I. p. 488) mihi quidem satis persuasit ita oratores loqui non solere.

XXIII, 15: ἣν εἰκὸς προςδοκᾶν ἐκείνους ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλθεῖν ἂν διὰ τοῦ ψηφίσματος τουτουί, τῷ δ' ἑνὶ πράττοντι τὴν ἀρχὴν καὶ πάντα τἀναντία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσι κατασκευάζοντι τοιαύτην ἐξουσίαν διδόντες τοῦ ταῦτ' ἀδεῶς πράττειν. Uerba aliter impressa ex § 12 in hunc locum falso esse translata, recte Dobree intellexisse uidetur, qua in re quoniam Weilius quoque in editione anno 1886 facta consentit pluribus non opus est uerbis. Sed uide ne etiam in eis quae sequuntur recte emoueas πράττοντι cum praesertim in fine item legatur: τοῦ ταῦτ' ἀδεῶς πράττειν.

XXIII, 18: δίκαιον δ' ἐστὶν ἴσως ἔμ' ὑπεσχημένον τρί' ἐπιδείξειν, ἓν μὲν ὡς παρὰ τοὺς νόμους τὸ ψήφισμ' εἴρηται, δεύτερον δ' ὡς ἀσύμφορόν ἐστι τῇ πόλει, τρίτον δ' ὡς ἀνάξιός ἐστι τυχεῖν τούτων, ᾧ γέγραπται, πάντων αἵρεσιν ὑμῖν δοῦναι τοῖς ἀκουσομένοις, τί πρῶτον ἢ τί δεύτερον ἢ τί τελευταῖον βουλομένοις ἀκούειν ὑμῖν ἐστιν. Tria mihi monenda uidentur: primum ut ἐστι post ἀνάξιος codicem Α secuti deleamus, deinde ut τούτων quod in codice quodam transpositum est, in suspicionem uocemus, quia in prioribus numerus pluralis non habet, quo se referat, postremo ut ἀκούειν collata de cor. § 11 eiciamus.

§ 12: ἐκ δὲ τούτου τοῦ τρόπου τῶν μὲν ἐρήμων ὄντων βοηθῶν, αὐτοῖς δ' ἀδείας δοθείσης. βοηθῶν quoniam Vind. omisit, non dubito quin interpolatum sit; certe illud non desideratur.

§ 19: μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ..., τῷ διεψεῦσθαι τοῦ Χαριδήμου καὶ νομίζειν εὐεργέτην εἶναι φιλονεικιῶν δυςχερέστερον τοὺς περὶ τῶν νόμων λόγους ἀκούσῃ μου, μηδ' ... Weilius:

J'écarte *νομίζειν*, qui fait double emploi avec *φιλονικῶν*. Recte, ut mihi uidetur. Sed addendum est etiam *μου* post *ἀκούσῃ* esse delendum, quia et huic loco ineptum est et in codicibus aliis *ἡμῶν ἀκούσῃ* legitur.

§ 20: *ἀλλὰ ποιησάσθω τὴν ἀκρόασιν ὡδὶ — καὶ σκοπεῖσθ' ὡς δίκαι' ἐρῶ —· ὅταν μὲν λέγω περὶ τῶν νόμων, ἀφελὼν ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται καὶ ποίῳ τινὶ, σκοπείσθω πότερον παρὰ τοὺς νόμους ἢ κατ' αὐτοὺς εἴρηται, καὶ μηδὲν ἄλλο.* Weber quid ex codicibus ad hunc locum aduotauerit, si uideris, comprehendes non immerito me suadere, ut *εἴρηται* post *κατ' αὐτούς*, ut lanquidum, et *σκοπείσθω* ante *πότερον* quod infra recte dicitur, quoniam facillime ex superioribus uerbis suppletur eiciatur.

Index locorum, quos tractaui:

I, 3. 4. 5. (p. 4). 22. 6. 12. 11. 24. (p. 5). II, 8. 12. 13. 18. 15. (p. 6). 28. III. 7. 15. IV, 6. 7. V. 17. (p. 8). 21. (p. 8). VIII, 8. (pag. 8). 19. (p. 8). 61. (p. 8). IX, 56. (p. 9). XVIII, 14. (p. 6) 156. (p. 8). 252. (p. 8). 205. (p. 8) 160. (p. 8). 1. (p. 9). 6. 7. 42. 3. 4. 10. 197. 252. 40. 50 (p. 10) *καλῶ.* 88 107. 130. 149. 150. 177. 102. (p. 10). 47 (p. 11). 53. 194. 220. 221. (p. 11). XX, 12. (p. 11). XXIII, 3. (p. 10). 15. (p. 11). 18. 12. 19. (p. 11). 20. (p. 12).

Emil Rosenberg.

Schulnachrichten

aus der Zeit von Ostern 1886 bis dahin 1887.

I. Die allgemeine Lehrverfassung.

1. Der Lehrplan.

<table>
<tr><th></th><th>I</th><th>IIa</th><th>IIb</th><th>IIIa</th><th>IIIb</th><th>IV</th><th>V</th><th>VI</th><th>Sa.</th></tr>
<tr><td>Christliche Religionslehre a) evangelisch . . .</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>3</td><td>17</td></tr>
<tr><td>b) katholisch . . .</td><td colspan="4">2</td><td colspan="4">2</td><td>4</td></tr>
<tr><td>Deutsch . . . .</td><td>3</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>3</td><td>18</td></tr>
<tr><td>Lateinisch . . . .</td><td>8</td><td>8</td><td>8</td><td>9</td><td>9</td><td>9</td><td>9</td><td>9</td><td>69</td></tr>
<tr><td>Griechisch . . . .</td><td>6</td><td>7</td><td>7</td><td>7</td><td>7</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>34</td></tr>
<tr><td>Französisch . . . .</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>5</td><td>4</td><td>—</td><td>19</td></tr>
<tr><td>Hebräisch . . . .</td><td>2</td><td colspan="2">2</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>4</td></tr>
<tr><td>Geschichte und Geographie . . . .</td><td>3</td><td>3</td><td>3</td><td>3</td><td>3</td><td>4</td><td>3</td><td>3</td><td>25</td></tr>
<tr><td>Rechnen und Mathematik . . . .</td><td>4</td><td>4</td><td>4</td><td>3</td><td>3</td><td>4</td><td>4</td><td>4</td><td>30</td></tr>
<tr><td>Naturbeschreibung . . . .</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>10</td></tr>
<tr><td>Physik . . . .</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>6</td></tr>
<tr><td>Schreiben . . . .</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>—</td><td>2</td><td>2</td><td>4</td></tr>
<tr><td>Zeichnen . . . .</td><td colspan="5">facult. 2</td><td>2</td><td>2</td><td>2</td><td>8</td></tr>
<tr><td>Singen . . . .</td><td colspan="6">2</td><td>2</td><td>2</td><td>6</td></tr>
<tr><td>Turnen . . . .</td><td colspan="4">2</td><td colspan="2">2</td><td colspan="2">2</td><td>6</td></tr>
</table>

2. Verteilung der Unterrichtsstunden im Winter-Semester.

<table>
<tr><th>Lehrer</th><th>I</th><th>IIa</th><th>IIb</th><th>IIIa</th><th>IIIb</th><th>IV</th><th>V</th><th>VI</th><th>Sa.</th></tr>
<tr><td>Director Dr. Lindner,
Ordinarius der I</td><td>2 Religion
2 Deutsch
4 Griechisch</td><td>2 Religion
2 Vergil</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>13</td></tr>
<tr><td>Professor Dr. Rosenberg,
Prorector,
Ordinarius der IIa</td><td>8 Latein
2 Griech. Dichter</td><td>6 Latein
2 Homer</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>18</td></tr>
<tr><td>Professor Dr. Reimann</td><td>4 Mathem.
2 Physik</td><td>4 Mathem.
2 Physik</td><td>4 Mathem.
2 Physik</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>18</td></tr>
<tr><td>Oberlehrer Vieluf,
Ordinarius der IIb</td><td></td><td></td><td>6 Latein
2 Deutsch</td><td></td><td>3 Geschichte
2 Französ.</td><td></td><td>4 Französ.</td><td></td><td>17</td></tr>
<tr><td>Oberlehrer Dr. Schultz,
Ordinarius der IIIa</td><td>2 Französ.</td><td>5 Griechisch
2 Französ.</td><td></td><td>9 Latein
2 Französ.</td><td></td><td></td><td></td><td></td><td>20</td></tr>
<tr><td>Gymnasiallehrer Dr. Scholz</td><td>3 Geschichte</td><td>2 Deutsch
3 Geschichte</td><td>2 Französ.</td><td>3 Geschichte
2 Deutsch</td><td></td><td>5 Französ.</td><td></td><td></td><td>20</td></tr>
<tr><td>Gymnasiallehrer Dr. Regell,
Ordinarius der IIIb</td><td></td><td></td><td>2 Religion
5 Griechisch</td><td></td><td>7 Latein
7 Griechisch</td><td></td><td></td><td></td><td>21</td></tr>
<tr><td>Gymnasiallehr. Dr. Schwarz,
Ordinarius der IV</td><td>2 Hebräisch</td><td></td><td></td><td>7 Griechisch</td><td></td><td>9 Latein
2 Deutsch</td><td></td><td></td><td>20</td></tr>
